EX LIBRIS JAROSŁAWA DOLIŃSKIEGO

1500








[illegible]

Ex libris principis Giedroyc.

1731 - 33



ANNIBAL
Ad PORTAM
Ducalis Domûs Suæ:
De inversa Amoris Roma
TRIUMPHANS.
ILLUSTRISSIMUS DOMINUS
D. MARTIANUS
De Koźielsk
OGINSKI,
PALATINUS Vitebscensis
CAPITANEUS Boryſovienſis, Przevalſcenſis, Babinovienſis &c. &c.
Sub auſpicatiſſimum Hymenæum
Cum ILLUSTRISSIMA DOMINA,
D. CHRISTINA
De ABRAMOVICIIS
OGINSKA
PALATINA Vitebſcenſi, CAPITANEA Boryſovienſi, Przewalſcenſi, Babinowienſi &c. &c.
Inter feſtiva Gaudia feſtino Plauſu
Latiiq; Styli Laconiſmo
SALUTATUS.
Nec non à devicta Gratiis, & maximè devincta minima Societate
Cum perennaturo Gratitudinis Tributo
ADORATUS.
Anno quo
PORTAM *Salutis Generi Humano aurea Divini Amoris clavi aperuit Salvator* 1733.

VILNÆ Typis Academicis Societatis JESU,

a

PORTA Triumphalem Vobis ſinuatur in Arcum. *Claudianus.*
Ornentur Poſtes & grandi Janua Lauro. *Juvenalis.*



PORTA patet, non Aula tamen, non Tecta videntur,
Eſt in CORDE Domus, quam ſubit Hoſpes Hymen.



Apostrophe Oratoria Ad ILLUSTRISSIMUM PALATINUM.



Uæ non ita pridem Præcelsæ Domûs Tuæ Archi-Patri Vlodimiro in fronte Ducalis Prosapiæ Historicus ad perennitatem exaravit stylus, ea hodie sub geniales Hymenæi Soles Oratorio calamo repetita placebunt. ILLUSTRISSIME PALATINE. Nimirum iisdem saltem colendus es Titulis, cui multò altiores vel Phœnicis Rhetorum non sufficiunt partus, dum & Caput Illustrissimæ Domûs, in Tuo ad mentem Patriæ

 vertice

vertice reanimas, & totam quà latè patet Prædeceßorum ſeriem, in Te uno viva omnium Heroum Synopſi Sarmatiæ porrigis ad Gloriam, Orbi ad ſpectaculum, Coronæ Filiorum ad Feſtum Ecce, per trecentos & ultra ſub annum Soles celebrandum. Umbram itaq; ſvada pingit, dum Te ILLUSTRISSIMUM PALATINUM non tam ſublimibus coloribus, quàm Oratoriâ adumbrat ſepiâ, quæ nigra quidem, ſed non minùs candorem animorum involvit, quàm nativâ ceruſſâ decoros uniones, obſcura concharum involucra. Africani ergo Bellatoris Gloriam aut adæquas, aut vincis; dum ut ille Orbem Famâ, ita Tu implevisti; ut ille Patriæ ſuæ Civem Patremq; gerebat, ita Tu Magne PALATINE; ille demum excutiebat ſoporem curâ boni publici, Tu ſemper vigilas pro ſecura quiete Lechicæ pupillæ Libertatis. Quodſi interim penitiùs ſcrutabimur, non parvum inter Te Purpuratum Patrem, & illum Virum ſangvinum notabimus diſcrimen; Annibal namq; non vanis terroribus Romuleas Aquilas fatigavit, Tu delicium

es jam

es jam coronato Sarmatiæ Aliti, jam Palæmonio pennati Pegasi Insessori, imò Magnatem simul agis & Magnetem, dum licet ferrea essent pectora, in reverentiam Tui ac amorem fortiter traherentur. Annibal Orbis & Urbium Pulcheriæ Romæ militari Sacramento ad Aras obstrictus Hostis, at verò junctis in fœdera dextris Laviniæ suæ juratus Amicus PALATINUS. Et hæc est meta lætantium animorum, Magni Confluxûs, hæc publica gaudia effundunt se in paginam. A nuptialibus namq; hujusmodi tædis non fumus palpebras lædit, sed ardor eruditas mentes involat, unde adeò caput accenditur, ut figurata Gradatione ad flumina eloquentiæ & fontes properet Oratorios. Quanquam nec hæc ad condigna Tui præconia sufficiunt, qui rectefactorum Gloriâ sublimem etiam transcendis stylum, hinc vel Tullii svada ad Purpuram Tuam erubescere cogeretur, si præsumptuosâ de pari jactantiâ insolesceret. Major nihilominus exilis ingenii est tortura, quòd parvis horarum spatiis æternitati laboramus, & sæculorum negotium stringi-

mus in momenta. Fluentibus nonniſi cle-pſydris ſepiam fundimus, cùm de Te vivo Horologio Principum *ſudanti Encomia-ſtæ vel annorum curſus fluminis ocyor alis videretur. Bene interim? ingentis lætitiæ eſt index feſtinatio, & neſcit tarda moli-mina animus, quem Gaudia occupant. Ex-temporaneis quoq; Oratoribus proprium eſt exilio plectere adulationem, quæ paſſim è capite naſcitur longo partu laborante. Non folia deniq; penſabis, ſed indelebiles* Gratitudinis *characteres, non quæres quàm multum ſepiæ! quæ ſæpè mentitis co-loribus denigrat, verùm candorem obærati animi hilari ſupercilio dignaberis. Parum igitur loquemur, aſt ex abundantia cordis; volabit quidē elogiariſtica penna & deficiet, ſed* Gratitudo *pariter ut* Lojolana *Reſpu-blica erit immortalis. Intramus igitur Tri-umphalē* Portam, *& poplite cernuo & vul-tu, nec tam folia ferimus, quàm plenū voto-rum ſinum, ut Annibal ad* Portam *Ducalis Domûs ſuæ inter geniales deliciarum Ca-puas, nunquam fatales Cannas patiatur:*

Ita NOMINI & HONORI PALATINO

Obligatiſſimum Collegium Vitebſcenſe Societatis JESU.



ELOGIUM
PALATINÆ VIRTUTI.

Inter proſpera *Hymenæi*
Propera præ gaudio Anime?
Currente Calamo
Viâ Flaminiâ ad OGINSCII *Portam.*
Palatini Poſtes, Palatium VIRTUTIS;
Hic namq; & Faſcias, & Faſces, & Faſtigia
Nanciſcitur, tenet, aſcendit.
Produnt *Theſaurum Virtutum*
Ducales Nominis *Ignes*,
Quibus ſemper ardet Amor in Superos,
Et flammæ genio in ſublimi centrum
(quærit,

Hinc *Ignium Patria* Cœlum;
OGINSCIORUM & Polus & Polonia:
Utrumq;aut Cor,aut Cordi eſt *Palatino*,
Ibiq; animat, ubi amat.
Totum ſe Cœlo reddit, totus Patriæ.
Ut Illius ſit memor, ſui obliviſcitur.
Illius curis intentus, propria non curat.
Unde nec natus, nec vivit *Palatinus*,
Niſi Patriæ.
E cujus gremio non prodiit,
Niſi ut Ipſam in ſinum ſuſciperet:
Quæ nè durius cubaret, Purpurã obtulit.
Majora promiſit, ſed infra meritum.
Ita plus in Te dediſti, quàm accipis
Hinc etiam dando quæ poterit,
Ingratam ſe dicet Patria.
O quanta Gloria Meritis præmia vincere:
Et altiorem eſſe Virtute,
quàm Apices Dignitatum.
Deorum hoc eſſe videtur *Elogium*,
Quod ipſe ſibi fecit *Palatinus:*
Noſtri quidem colores,
Sed

Sed vultus MARTIANI.
Cujus Frontem Virtus tenet,
Oculorũ Soles, Providẽtia Bono publico.
Os, Delphis nata Cortina;
Manum plenam Gratiarũ, Liberalitas;
Pectus murum Spartanum, Fortitudo,
Cordis deniq; Arcem, Cultus Numinis
Occupant.
Sic in Exercitu Virtutum,
Ipsum Corpus PALATINUS.
Hic in Senatûs Orcheſtra Semi-Deus,
In Conſiliorum Sacrario, ut Oraculum;
In Areopago plus quàm Lycurgus,
Adoratur, auditur, colitur.
Pietatem Numæ,
Munificentiam Veſpaſiani,
Et quidquid in Admirationis notam
Heroum dant aut Faſti aut Faſtus,
Ut ſuum faceret, ſuperavit.
Unde in Aris poneret Vetuſtas,
Et unum fortaſſis Deum
Te haberet.

In Capitolio esses tanquam Caput.
In Pantheo primus,
Vel ad minimum ab Jove secundus.
Illi debet *Libertas*, quod hactenus sit *Aurea*,
Quam etiam *pretio sangvinis* redimeret
Si (quod absit) ad vincula traheretur
Illius vigiliis quiescit Patria;
Corde vivit, ore respirat, Salus Populi
Unde *Palatinus Anima* est Reipublicæ *Corpori*,
Quod pridem Hostiles involarent Harpyiæ,
Ni Capite & Dextera Illius terrerentur
Sic felicem Patriam vel solus facis.
Non alibi igitur nasci debueras,
nisi in *Atrio Virtutis*.
Quæ semper Tecum crevit,
ut maturior fieret ad Purpuras.
Aut Tu ergo in Virtutem, aut in Te,
Virtus Lusit Mataphoram.
Mira sublimitas Translationis,
Ille metietur, qui Solem digito tangit.
Subsiste Calame, & à longè pronus adora,
Totum Virtutũ Senatũ, in uno Palatino,
Quem si Capere tentas, Eurippum capis.

E L O-

ELOGIUM

TRABEATO HONORI

Sileant *Antiquitates* Romanæ
Pridem Antiquatas *Ædes Honoris.*
In PORTA Ducali portum fixit,
Suprema Dignitatum Claſſis.
Ultrò namq; ſe ingeruut Laticlavia.
Si non admittitur ſupplex Trabea,
Se ipſam erubeſcit.
Nec mirum? ornatur Murex, dum ornat.
Et ſuperbiret in Heroo Humero,
Sed innata eſt Præcelſæ Domui Demiſſio.
Non elevant hìc Animum ſublimia.
Non obſcurum utiq; Signum
Quòd ILLUSTRISSIMUM GENUS.
Hoc velut Solem umbra,
Honor ſequitur & aſſequitur;
Quia unus alium præcurrit;
Semper interim Major minorem.
Nec invidiam hìc videre licet,
Nam indignam ſe inferior Dignitas

Publica Confeſſione revelat.
At inter Honorum Faſtigia faſtus eſt,
Sed innocens:
Et lites quas dirimere arduum,
Sed juſtæ;
Quia de Vobis contenditur.
Unus Honor alterum trudit
(Uterq; Magnus)
Ut priùs metam teneat in Porta
Hinc nec contra modeſtiam delinquunt:
Nec ad levitatem currendo offendunt,
Quia ſtudiò agunt Stadiodromos.
Procul jam *Olympici ludi* *(mus*
Huic Curſoriæ, *Lingvis Animisq;* fave-*
Sic enim currunt, ut comprehendant.
Vel ergo Arcus Triũphalis eſt PORTA?
Vel Pulchrũ & Magnũ Honorũ Palatiũ.
Nimirum: *ubi eſt Theſaurus* Virtutum
Ibi & Cor erit Dignitatum.
Nonne ſatis ad Gloriam!
Summis Honoribus magnus dishonor,
Ni vobis ſint Domeſtici.
Virent in PORTA Senatorii Faſces,
Securim tamen non admittunt;
Niſi

Niſi pro publica ſecuritate.
Familiares ſunt Caſtellanæ Satrapiæ.
Quotidian9 Amictus, Palatinæ Purpuræ.
Et dum inferior paulò atteritur,
Altioris Ordinis Trabeam porrigit
Ipſa Coronati Capitis Dextera.
Ac ſi Cor Regis in manu Veſtra,
Cor Veſtrum in pectore Regnatoris.
Unde unum velle cum Regibus
Niſi ſit Patriæ aliud ſentire.
OGINSCIANI Capitis erat
Mitram gerere cum Infula;
Cujus Radios aptando Vertici,
Sua Vota Honor coronavit.
Mareſchalcalis Scipio fulcrum erat
Fulcientibus Rempublicam.
Tractatus Manu, mirari cœpit:
Dum quaſi Mydæ attactu,
In auream Virgam Protheum luſit.
Laboravit Optationis figura,
Ut digitum OGINSCII redimiret
Cancellarius Annulus:
Potitus Votis quæ diu volvebat,
Pro Gemma habuit Portitorem:

Qui pennam auro tingebat, ſed ſuo;
Unde ad immortalis Famæ Alam
Translata, immortalẽ Gloriã involavit.
Ut inopiæ ſuæ clauderet aditum,
Vobis *aperuit Theſaurum* Sarmatia.
Et ſcivit Patria cui credidit.
Nullibi namq; ſecuriùs pendent Claves
Quàm ad PORTAM Ducalem.
Non raró publicus Fiſcus viſcus eſt;
Cui plumbea mens profundè infixa
Mercurii Arte, plurimùm ſe juvat.
OGINSCIA Domus aurea non avara.
Plena curarum, ne Vacuum daretur
In Ærario Patriæ ſibi obæratæ.
Quærebant Herculem Ducalia Inſignia,
Et facilè reperêre in Ducali Domo:
Ubi ad talia nati Alcidæ nutriuntur;
Ut vel Clavum Reipublicæ teneant,
Vel Martis Clavas:
Quæ formidabiles ſunt, ſed magîs manus
Inimico Lechiæ Antæo.
Liceat jam gloriari: Magne PALATINE
PORTA Tua Domus Honorum,
Aut Herculeum illis *Non plùs ultra.*
E L O-

ELOGIUM
SENATORIÆ FORTUNÆ.

Correxit Famam ſuam Fortuna.
Fuerat olim conſtans Dea,
In inconſtantia:
In OGINSCIANA Domo multùm didicit,
Perſeverantiam (inquam) in bono.
Ut in PORTA *Cancrina* non ſcanderet,
Retrò ne quidem reſpexit.
Labuntur ſæcula, ſtat illa.
Avolant Anni, Fortuna Domi.
Complacuit in hoc nido, & ne deſereret,
Pennas rejecit:
Ut Habitum Levitatis exueret
Quem induit per naturam. (bis,
Nobiliori ergo Gemma deſponſata Vo-
Quàm Annulo Polycratis.
Flevit ad Galbæ poſtes Fortuna,
Hìc ſemper ſereno vultu arridet:
Et fractam jam, voluit præferre Rotam
Ne in alias inde abiret Vias.
Alibi preſſis manibus tenetur:

Et vix intrat, clauditur Oſtium.
Verùm elabitur, avolat, fugit:
Lubrica, pennata, morari neſcia.
Hîc Eadem eſt & Alia.
Nam licèt nec locum mutat, nec animũ,
Semper tamen mutatur.
Quia creſcit cum tempore
E meliore in Optimam.
Unde cùm ſemper Magna fuerit,
Nunc Maxima Fortuna.
Nunc ſufficit namq; Media aut Humilis
Præcelſæ Domui atq; Domino
Ex Dominis:
Sed (ut ſummatim dicam) ſumma.
Spectate Ancillam Oſtiariam?
Quæ cùm ſit fideliſſima;
Nunquam clauditur PORTA.
Et quia juravit nec cogitare de fuga,
Donata eſt Libertate:
Ut vel ita liberiùs occurreret
Venienti aliorum Indigentiæ.
Quærunt hîc opem Cœlitum Aræ,
Opes inveniunt:
Nam ſi nudæ ſint, aurô veſtiuntur.
Pre-

Premit gravis neceſſitas Patriam,
Peculiares & Auxialiares Copias
Peculiata dat Fortuna.
Confluit ad PORTAM Egeſtas Populi,
Et beneficiis redit onuſta,
Ne redeat gravatè.
Otium commune vitium Fortunæ.
Nihil agit Boni publici;
Dum ferreis vectibus occluditur,
Quòd Aurea ſit.
Magis infelix, quò magis colitur.
Plùs miſera quò plùs amatur;
Exceſſus namq; Amoris
Ad obſcurum damnat carcerem,
Nec locum alibi dat, niſi in Loculis.
OGINSCIORUM Fortuna velut *Ignis*;
Semper prorumpit in apertum,
Et *nunquam dicit ſufficit*
Benemereri de Republica.
Ampliſſima utiq; eſt;
Implet omnia,
Baſilicas, Patriam, Populum.
Utq; Religioſa liberiùs adeat Clauſtra,
Munifica pulſat Manu:

Et ubi Vacuum reperit, non patitur,
Digna Cœlo Impatientia.
Majora audiat Orbis!
In Domo JOSEPHI habitat:
Et Numinis Nutritium,
Liberali nutrit dextera:
Quæ pridem Gratiarum collegium
In Collegio Vitebſcenſi fundare cœpit,
Quodq; majus eſt, nec deſinet.
Aut non inter Fabulas nata,
Aut renata hîc Fortuna.
Illa namq; cæca eſt, Hæc bene proſpicit;
Quia magìs aliis, quàm ſibi.
Utq; penitiùs Humilia ſpeculetur,
Altiſſimas Honorum aſcendit ſpeculas,
Et ordinata oculorum Acie
Publicas luſtrat Neceſſitates.
Si ergo Filias quæris Ducalis Fortunæ?
Una eſt, & ſatis:
Felicitas Perpetua * Orbis Sarmatici.

* SS. Felicitatis & Perpetuæ *Feſtum* 7. *Martii in Martyrolog: Rom:*

E L O-

ELOGIUM
EPITHALAMICUM.

Huc Flores Hortenſii?
Sponſalitio de Eliſiis ſerto,
Deorum manus PORTAM coronat.
En in immortalem Tæniam nectuntur
Patriæ vota, Civium plauſus.
O vere citra Ironicam criſim!
Etiam hoc uno felices Conjuges,
Quòd uno juncti jugo.
Vinculum eſt, ſed adamantinum,
Quod utinam nec Fata rumpant.
Nam non alia Libertas in vinculis
Niſi Aurea.
Gemini ſunt PALATINUS & PALATINA,
Alter Alterius Dimidium Animæ.
Eripuit Cor CHRISTINÆ, Amor,
Poſuitq; in MARTIANO:
Et quia quærendo illud, Pectus aperuit,
Intravit Cordis Conclave SENATOR.
Ardent igitur in OGINSCII Domo
Feſtivi Ignes Hymenæi:

Pulchrum Incendium inversæ Romæ;
Quod non cineres parit, non luctum;
Sed Geniales Triumphos:
Quia Cynthia Soli,
Virtus nubit Virtuti.
Colit Orbis, recolet Posteritas,
Hoc *Festum Palatii* Ducalis,
Non diebus sed annis,
Non Annis, verùm sæculis celebrandum.
Nec alius Solemnitatis Titulus
Quàm *Amoris Confœderatio*,
Quæ & Manus junxit, & Corda.
Habes jam Ænea Laviniam,
Mausole Arthemisiam;
MARTIANE Pulcheriam. *
Cujus Dotem si quæris?
Et Virtus & Fortuna.
His Comitibus ingreditur PORTAM
Ut Nominis PALATINI, ita Cordis.
Licet ergo corrigere stylum
Lechico Horatio
In Gratiam Mecœnatis:
Præ foribus PORTÆ Famuli Famulæq; morantur,
Et Dominum & Dominam quis neget esse Domi.

* *Martiani Cæsaris Consors Pulcheria.*

SEYM ELEKCYINY

ná ktorym

Z Ordinácyi Naywyżſzego Serc Ludzkich

RZĄDCY.

Przy licznym rożlicznych Cnot wotowániu y zgodnych wyſokiego Imienia, tudźieſz Zkolligowánych Prozápiy Suffrágiách.

JASNIE WIELMOZNEY JMći PANI,

P. KRYSTYNY

z ABRAMOWICZOW

OGINSKIEY,

WOJEWODZINY Witebſkiey, STAROSCINY Boryſowſkiey, Przewálſkiey &c. &c.

Nierozerwánym Zobopolney Miłośći przymierzem zá Dożywotniego Przyjaćielá Wielkiego Senátorá

Obrána:

Przy weſołych Hymeneuſzá ápplauzách ſpieſznych Rytmow Dyáryuſzem cáłemu Swiátu

KOMMUNIKOWANY.

Od Zyczliwego y Senátorſką munificencyą zdewinkowánego Imieniowi ſwemu Kollegium Witebſkiego Societatis JESU.

Roku 1733.

W WILNIE w Drukárni Akádemickiey Soc: JESU.

Ná Herbowne Prerogátywy

SENATORSKIEGO DOMU.





Ná Tryumfálney BRAMIE *Márs wieſza páiże,*
A Juno obok ſtáwi z Podkową dwá Krzyże;
Wolno tedy rokowáć: Rok Páńſki, Wiek złoty
Niebáwiąc ná Weſele wynidźie z roboty,
Ták przerobi BOG *Złote Krzyże y Podkowę:*
Ktoż powie, iż tu kiedy będą Dni Krzyżowe.



SUFFRAGIUM
WYSOKIEMU IMIENIOWI
Promowujące do PURPURY
JASNIE WIELMOZNĄ
K R Y S T Y N Ę.



NAgły jeſt Termin, Rym też płynie nagle,
Czásby Chorągiew zwinąć; álić żagle
Rozwija Pioro, y dopiero w biegu;
Kiedyby trzebá záwinąć do brzegu.
Wſzákże im prętſza tym milſza żeglugá;
To ſztuká w krotkim czáśie Praca długa;
Wcześnie też ſtánąć, choć poźno záprzęga,
Może, czyi Pegáz y Wáſzá DOŁĘGA: *
Gdyż y z lotnemi w zawod poydźie Bogi,
Jákby ná wſzytkie był kowány nogi:
Wſkura minutą, gdźie trzebáby Roku,
Y niewykroczy, choć wraz ſtánie w kroku,
Przelećim jákby ſkrzydláſty Merkury,
Nie Pieſzo idąc, Wierſz uydźie Cenſury.
Ktoż umknie Noty, nie notując Wotá;

F2 Gdy

* *Herb* Podkowá *miedzy inſzemi ma denominácyę*; Dołęgá.

Gdy Seym ták Wálny, á Márſzałek Cnotá?
Tu ſię z Poſelſką Izbą, Senat wita,
Y w ſámey rzeczy, tu Rzeczpoſpolita
Wyſokich Imion; lecz po *Imieninách*
Tych, u mnie muśi być we dwuch godźinách.
Ták Gody każą, ták Páńſkie Weſele,
Długo ſię ćieſzyć, á nie myślić wiele.
Będźie Sens krotki ále węzłowáty,
Gdy zwiąże Imie, Cnotę, Kolligáty.
Wie Swiát, iż w Domu Wáſzym nie nowiná,
Z JASNIE WIELMOZNYM Tytułem LUCYNA;
Y pod tym Dáchem rodzą ſię PURPURY,
A HONOR wſchodźi Olbrzymiey ſtátury.
Dobrze w pámięći ma Sármácki Senat,
Ják ſię z nim witał czći godny Antenat
JAN ABRAMOWICZ Krzeſłowy Senátor,
Kreśli to Stylem ſwym, Herbow Kollator. *
Głośi y Sławá ſrebrnych Trąb rezonem,
Iż śmiáło śiadał tuż z boku przed Tronem.
Wprzod *Wojewodá* Miń ſki; wſzákże niſko
Było, y mnieyſze niż godźien Názwiſko;
Więc ná *Smoleńſkie*, dał BOG Przenośiny;
Szedłby y dáley w Gorę, gdyby miny
Czás niepodſadzał pod ſáme Senáty:
Z Ták mądrey Głowy, żal nam głowney ſtráty.
Wſzedł też MIKOŁAY w Purpurátow Koło,
Głos był: *to Głowá, to Senátu Czoło.*
Wprzod był *Mśćiſłáwſkim* Wielkim Wojewodą,
Lecz wyżſzy Honor przybył, czyli wodą
Trocką przybił ſię, do złotego brzegu,
Stánął

* *Swiadczy Herbarz świeżo wydány pod litera A.*

Stánął y záżył miłego noclegu:
Gdy zá Oyczyznę czuł ná wſzyſtkie ſtrony,
Litwy Bohátyr á Zaſzczyt Korony.
Cóż Bułakowſki Stároſtá STANISŁAW
Z Mieczá y Sławy, niby to *Mieczyſław*?
Sobieſkich Tarczę zápiſał bułatem:
Jan po Michále trzeci Koronátem.
Stárodubowſki SAMUEL Stároſtá
Stu pochwał godźien, átoli my z proſtá:
Z ták wyſokiego Domu iż był Rodem,
Grod Stárośćińſki, zoſtał *Wyſzſzo-Grodem.*
Mijam Chorążych, Stolnikow, Skárbnikow,
Skárby Oyczyzny, pierwſzych Urzędnikow;
Wiedzą ich Ziemſtwá, Grody, Trybunały,
Seymy, Gonitwy Márſá, wie świát cáły.

SUFFRAGIUM WYSOKIEY PROZAPII.

SKolligowáne chceſz zluſtrowáć Domy?
Morze w atráment, w kártę kſztałtny Tomy.
To ma do śiebie wiekopomne Imie,
Iż by też gładki Wierſz podlega limie;
Gdy Kolligátow dájąc ná Rejeſtrze,
Zda ſię Ich więcey mieć niby w ſekweſtrze.
Lecz trudno piaſek zliczyć, trudno Gwiazdy;
Jednoż jeſt dźieło; gdy Rycerſkiey Jazdy

Piaſzczyſte Morze, krwią nie wodą wpłynie
W Dom jeden, jáko BOG zdárzy KRYSTYNIE.
Bá y przednieyſze Lechá Luminarze
W milionowey przyświecáją parze.
Ktoż świátł ták wiele ſkoncentruje w płomyk?
Kto Słońc tyśiące w jeden zbije Promyk?
Otoż ja zámknę Wierſzem Parentelę:
Senat, Rycerſtwo, ze Krwi Przyjaćiele.
Niechże świát czyta te poczworne ſłowá,
A doydźie jáka Krwi Twojey Oſnowá,
Doydźie ják świetne y ják liczne *Cery*
W luſtrách ſwych máją, ścian Wáſzych Szpálery:
Zkąd też w párágon Dom ten idźie z Niebem,
Tám Słońce Oko, tu záś ſam Dom Febem.
Kwiát jeſt Szláchectwo, zkąd też y Herbarze,
Kwitnących Imion, Páńſkie Wirydarze;
Więc niepotrzebny już Herbarz nikomu,
W Abramowiczow wſzytko znaydźiem Domu.
Wſzákże LENDORFOW Głowa ma tu Czoło,
Ktora w Woyſkowe y w Seymowe Koło
Wchodźiłá, w JANIE pámiętnym Ryczerzu
Jáko znáć z Ręki, znáć też po Puklerzu.
Mąż według ſercá Tobie y Oyczyznie,
Jego ſię Sławá, zmyśli nie wyśliźnie
Polſkiego Swiátá; Jego wieczne Dźiełá
Piſáć ná Cedrách Nieśmiertelność wſzczęłá;
Ták wielka praca, iż nie wprzod jey Koniec
Będźie; aż ſtánie Czás Wieczności Goniec.
Abym záś w jednę gárść zágárnął Morze,
Y ſetne Látá, zámknął wſzczupłey porze:

Od

Od Márſá dáne tu POCIEJOW Groty,
WOŁODKOWICZOW Koſztowne Kleynoty;
Tu PODBERESCy, y PACOWSKIEY Flory
Krolowa Kwiátow ſtroi ſię w biśiory;
Tu Ptak SZEMIOTOW w árcy-dobrym pierzu,
W tymże BRZOSTOWSCY Krwi drogiey przymierzu.
Tu głośne záwſze Trąby RUDOMINY,
Gnieżdżą od wiekow KRASINskich Korwiny.
Tu SŁUSZKOW Xiężyc ſłuży, gdy przyświecá,
A zgáſłe Imie w Domu Wáſzym wznieca.
Widźieć tu Łaszczow, Kmitow, Sulistrowskich,
Ciechanowiczow, tudźież Dźiewiałtowskich,
Tu RADZYMINSCY, y FRĄCKIEWIczowie,
A z ZARANKAMI Wielcy KOMAROWIE.
Krotko záś mowiąc (gdyż czás náder máły,)
Tu z Sliźniow Swiátem Polſki Swiát jeſt cáły:
Kto chce go widźieć, niech Mappy nie ſzuka,
W ABRAMOWICZOW Domu jeſt tá ſztuká:
Tu Województwá, tu Ziemie, Powiáty;
Liczże KRYSTYNY zacne Kolligáty:
My reſztą goniąc, z tym ſię odzywamy:
Ják licznie wieżdża do OGINSKICH Bramy!

SUFFRAGIUM
CNOT J. W. KRYSTYNY.

FEnix pod Słońcem jeſt Fortuna z Cnotą,
Mole ſumnienia tuczą ſię pod Złotą
Szátą, y choćiaż Jedwabniczkow przędzą;

Wpáſz gráiąc z Cnotą, bogáta jeſt Nędzá.
Lecz nie oprysnie, tá Ciebie cenſurá,
W ktorey, Tálentow Depozyt Naturá
Złożyłá: Tobie nie záprufzy oká
Sto-oczny Zoil, gdyż jeſt ták wyſoka
Cnotá KRYSTYNY, iż z Niebem grániczy.
Gorna Fábryká, ktoż jey Budowniczy?
Wſzák Miłość Boſka, ktora Twoje Serce
W milionowey rozpala iſkierce.
Zkąd też wybucha Pobożnośći płomień:
Z ſłońcem w Kontr idźie, jego Czołá promień
Zmierza ku źiemi; Twoich Niebo celem
Strzeliſtych Modlitw, weſpoł z Przyjaćielem.
Jedno jeſt Serce Senátorſka Pará;
Znák jáſny Przyjaźń y niezłomna Wiárá.
Zkąd też by w BRAMĘ wſzedł z Wdowiego polá
Twoy LUBICZ, táka byłá BOZA WOLA *
Bá y w Serdeczny Pokoy WOJEWODY
Weſzłáś z Fortuną y Cnotą ná Gody.
Bawśięż tu przez wiek cna Wojewodźino,
Wſzelkich przymiotow zbior żywy KRYSTYNO.
Niech Heroiny tey życia Zegárek
W ręku nie będźie u zawiſnych Parek.
Łáſká nie Laſká (to mowię uprzeymie)
Twa w Sercu, w myśli, bo u nas po Seymie.

**Herb J. W. Wojewodźiny* Lubicz, *podobnyż Herb Podkowa, názywa ſię Boża Wola.*



120





